q̄ p̄mo renūciato in totū poſſeſ ſorio iudicio p belial intētato ip ſe ad agendū de ꝓpetate admit teretur · alle ad hoc glo io an c vnici de cā poſſ et ꝓpet in cle v̄ ſpoſ · Unde renūciacōne p belial facta ſub eadē iudicii inſtantia iudex vtriq; partē apud acta p empt citauit ad dandū ꝛ recipi endū libellum de iure ad diē ix hora iudicii ꝛ ad vlteriora cauſe ꝓceſ ꝛc ut s̄ dictū eſt · Ait moy ſes · opoꝛtet acquieſcere ſ; male ꝯtentoꝛ · Ait belial Quare male ꝯtētatis · Forte de teſtib; · et q̄d valent eoꝝ dicta · Nūquid abra hā eſt publicus ꝯcubinarius nō ne dictū eſt ſibi eice ancillam ꝛ filiū eius · geñ xxi · cuius ratione dictū ſuū non valet · ut iii q iiii conſangū · Quid valet teſtimo niū yſaac mēdaciſſimi piuri · q̄ cū interrogatus fuiſſet ſi rebec ca eſſet vxoꝛ ſua dixit q̄ non ut geñ xxvi · ratione cui⁹ dictū ei⁹ non valet ut xxii q v puuli · et de teſti teſtimoniū Itē iacob nō ne fuit fraudulentus īuaſoꝛ fur et latro · qui ſuis fraudulenciis recepta benedictione ingreſſus eſt hereditatē eſau fratris ſui p̄ mogeniti ut geñ xxvii · cui⁹ teſ timoniū eciā nichil valet · ut ff de furtis l non poteſt · Itē quid valet teſtimoniū dauid homici de ꝛ adultera ut ii regū xi Certe nichil ut de teſti ex pte a cum ſi milib; · Ubi eſt virgilius qui de ceptus ſpecie mulieris in ciſta ad turrim ſuſpenſus ſpectaculū fuit omni trāſeunti Et vbi ypo cras qui inuidia ductus interfe cit nepotē ſuum · Et ariſtotiles qui fraudulēter arripuit arma rium ſalomonis tēpoꝛe alexan dri et eius ſapientiam et philo ſophiā fraudulenter ſibi approp̄ auit · De iohe baptiſta nichil dico qui omi bōitate eſt plenus tamē dictū ſuū in mei preiudici um modicū valet · q̄a dictū vni us dictū nullius ut de teſti licet i et ii · De quo ergo lamentaris o moyſes · Ait moyſes · Si fuiſ ſēt dicta teſtiū debite diſputata bene probarē tibi q̄ valerent · Ait belial · Hec ꝓbantur per ſa cram ſcripturā ꝛ que per ſacram ſcripturam ꝓbanť · eſt euidens argumentum in iure · ut v q vlt epiphanium · et de ma et obe is q; · Ait moyſes · Intendas ad li bellum · Adueniēte termino cita tionis predicte et partib; vtriſ q; in iudicio comparentibus aſ tutus belial tres ſub eadem foꝛ ma obtulit libellos huius teno ris et continentie ·

Coꝛā vobis illuſtriſſimo dn̄o ꝛc ꝓponit belial ꝓ curatoꝛio noīe ꝛ ꝓ pte toci⁹ infernalis ꝯgregaciōn̄ ꝯtra ihm

vel aliā pſonam pro eo ltime ī teruēiētem. Qꝫ cum dicta vniūſitas infernalis tenuēit poſſederit ⁊ habuerit infernum ⁊ terrā vniūſam mare et omnia q̄ in eis ſunt et maxime hoīnes ī dicta terra degētes ad plenam ⁊ totalem iuriſdictionem ꝓꝑetatem et dominiū ipiūs et tāto tēpore cuiūs cōtrarij memoria hominū non exiſtit ex largicione et tradicōne et ēpudiacōne factis in ſathanam et eius vniūſitatem infernalē p altiſſimū infernorū dñm ꝓpter peccatū ⁊ ī obedienciam p̄mi hominis ade pleniſſime ptinē que oīa ſepe dicta dictus iheſus temeritate quadam pocius quam iurē auctoritate ſibi aꝓpauit ymmo pocius vſurpauit et dictos ſathanam ⁊ vniūſitatem infernalem inde amouendo in graue preiudicium et iactuā eorundē Quaē ꝓcurātor ſupdictus et procurātorio nomine quo ſupra petit oīa predicta ad ꝓꝑetatem ⁊ dominium iam dicte vniūſitatis p vos et dictam curiam ſentencialiter adiudicari ⁊ predictum iheſum ſentēcialiter exinde amoueri ꝓteſtans de expeñ dampnis ⁊ intereſſe Et hec forma ꝓbatur per c int dilcōs de ſi inſtru et p c Abbate ſane de ſen ⁊ ■ iudi li vi. Quo libello perlecto inde ſimilem dedit moyſi libellum nec non ēminum ad diem decimam menſis eiuſdem ad reſpondēdū et litem conteſtandum et ad vlteriora cauſe ꝓcedēdum et cetera Termino ſupra dicto adueniēte coram iudice partibus ambabus pñtibus moyſe iſtañ belial lite conteſ ſepe dicto libello. Rñdit dicens nego narrata ꝓ vt narrantur et petita ꝓ ut petuntur. fieri nō debere hec conteſtacio diſiūctiue ſit aliqñ q̄a ī libello petuntur et narrantur vera ⁊ falſa mixtim. Ita q̇ p illam diſiūctiuam ſaluatur vt ꝺ teſti ſpo cum ad ſedē facta litis conteſtacione et ea apud acta ſcripta et redacta. Iudex in cōtinēti fecit aptibus iuramentum calūpnie preſtari ſub forma notata in c i de iuramēto calūpnie ſub hijs verſibus conprehēſa Illud iuretur qꝫ lis ſibi iuſta videtur et ſi queratur verum nō inficiatur nil promittetur nec falſa ꝓbacio detur vt lis tardetur dilacō nulla petetur. Et nota qꝫ cum ſemel eſt iuratum de calumpnia Amplius in eadem cauſa non iuratur vt C e ti autē hodie ſed ꝺ malicia ſic cū ꝓ oīa ſiēit aliq̄ excepcō et dilacio petatur vt ꝺ excep paſtoālis et de teſt vltra ēciam et de iuāmento calump c penul li vi in fine Item nota q̇ tale iuramētū calūpnie ī pricipali

cauſa preſtitū ſeruat partem in
dempnem ī condempnatione ex
penſarū. quia ibi eſt ignorātia
facti. ſ3 non in cauſa appellatiōis
quia ibi eſt ignorantia iuris. no
tač hoc in c circa ſi de do et ↄtu.
et in illa nōtur ignorantia de re
gulis iuris libro ſexto. Et nota
ꝙ ſindicus vniuſitatis hoc iurā
mētum preſtat in animam pro
priam et ꝓcurator alterius ſpe
cialis in ſuam et domini ſui ani
mā ut notat gloſa in c in ptrac
tanď de iuramento calumpnie ⁊
e ti c penultimo li vi in glo Pe
na vero recuſantis eſt ut actor
cadat ab inſtituta cauſa reus ve
ro habetur pro confeſſo e ti c ſi
Quibȝ quidem partis belial pe
ciīt dilationē pro teſtibus et a
liīs iuribus et defenſionibus ſu
is ꝓducendis Unde iudex dedit
eidē ⁊ alteri parti terminū triū
dierū. qui terminus cadit ī xiiī
diē aprilis ad ipſas defenſioēs
⁊ alia iura ꝓducenda. ꝓpter qď
nō ꝙ dilatio dari debet iudice
ſedeñ ꝓ tribunali et vtraqȝ pte
pñte et cauſa cognita de plano
vel ſemiplano ut iiī q iiī § ſpaci
ū a iudice. Et data dilatioē of
ficiū iudicis cōquieſcit donec tē
pus dilacōis effluxerit. ut C de
dilationī ſiue ps. et de app c ſig
nificauit Et nō ꝙ hodie in dila
tioibȝ ꝓ teſtibȝ ꝓducenď iudex

conſiderata diſtantia locoꝝ et tē
poꝝ qualitate inducias ↄcedit.
ut de app cū ſit romana. qď de
iure ciuili eſt ſecus. ut iiī q iiī §
ſpaciū. et C de dilač l i. Qua di
latione p belial recepta teſtium
ꝓducendoꝝ et iuriū alioꝝ incōti
nēti ſollicitus de ſuo iure poſitio
nes et articulos ꝓtulit in iudi
cio ī forma q̄ ſequič īſraſcripta

Poſitiones et articulos
ꝓ parte belial utš in a
lio preambulo. ponit et
ꝓbare ītendit belial ꝓcurator ⁊
ꝓcuratorio noīe quo ſup̄ ꝙ deus
hominem maſculū extra padiſū
et feminā in padiſo creauit. ut
geñ i et iī c. ¶ Itē ponit ꝙ ďs
dictū hominē tulit et poſuit in
padiſū voluptatis ut oparet et
cuſtodiret illud. geñ e c. ¶ Itē
ponit utš ꝙ ďs eiď precepit ne
de ligno ſciētie boni ⁊ mali com
ederet adiciēs quia in quacūqȝ
hora comederet morte moreretč.
geneſis e c. ¶ Itē ponit ⁊ ꝓba
re intendit ꝙ ad ſuggeſtionem
ſerpentis callidioris cūctis ani
mantibus que deus creauit de
predicto ligno comedit cōtra ďi
preceptum. geñ iiī c. ¶ Itē po
nit ꝙ ďs ꝓpter predcām īobedi
entiā eiecit dictū hoīem de pa
diſo voluptatis in maledictionē
ut operaretur terram de qua ſūp
tus fuerat. ut geneſis eoď capič

¶ Item ponit vt ſupra ꝙ poſt
predictam inobediēciam male
dictionem et eiectionem deus
eūdem hominem tradidit ī ma
nu ſathane ⁊ diabolice congre
gacionis poſſidendum vt iſaye
xl iiij Pater tuus peccāuit vt īt
pretes tui preuaricati ſunt ī me
et contamīaui pn̄cipes ſanctos
⁊ dedi ad interfcōnem iacob ⁊ iſ
rahel in blaſfemiam. ¶ Itē po
nit vt ſupra ꝙ deus poſt tradi
cionem predcāꝫ dictū hominem
repudiauit ⁊ vendidit eum pre
dictis ſathane et infernali con
gregacōn̄ vt iſaie l c hec dicit
domin⁹ deus quis ē hic liber re
pudij matris vr̄e quo dimiſi eā
aut q̄s eſt creditor me⁹ cui ven
didi vos Ecce enim īniquitati
bus vr̄is venditi eſtis et in ſce
leribus vr̄is dimiſi matrē vr̄aꝫ
¶ Itē ponit vt ſupra ꝙ dictus
ſathan et eciam infernalis con
gregacio vtrauſꝫ repudiati hoī
nis corporalem habnerunt poſ
ſeſſionem vt pſalmo xlviij Si
cud oues in inferno poſiti ſunt
⁊ mors depaſtet illos ¶ Itē po
nit vt ſup̄ ꝙ hoībus creſcētib⁹
in terra ſathan et infernalis cō
gregacio iam dictis valde dila
tauerunt imperium ſuum ſuper
eos et vniūſam terrā que in ea
dem dampnacione erat cum pri
mis parētibus eorū vt Abacuc

iij c Egrediatur dyabolus ante
pedes eius ſtetit et menſus eſt
terram aſpexit et diſſoluit gen
tes et contrita ſunt montes ſeculi
¶ Itē ponit vt ſupra ꝙ dictus
ſathan fuit et ē pn̄ceps tocius
inferni vt ezechielis xxviij cap
¶ Itē ponit vt ſupra ꝙ dictus
ſathan fuit ⁊ eſt rex egipti vt
ezechiel xxix c ¶ Itē ponit vt
ſupra ꝙ dictus ſathan fuit et ē
rex tyri vt ezechielis xxviij cap
¶ Itē ponit vt ſupra ꝙ fuit et
eſt dominus ciuitatis illius ꝓpe
mare poſite cui nullus negauit
tributum vt ezechielis xxvij c
¶ Itē ponit ut ſupra ꝙ fuit et
eſt dux iſrl̄ vt ezechielis xvi c
¶ Itē ponit ut ſupra ꝙ ipē ac
eciam vniūſitas infernalis ſup
omnes gentes et naciones ptā
tem et iuriſdictionem exercuerūt
⁊ dominiū habuerunt ut ezechi
elis xxxij c ¶ Itē ponit vt ſup̄
ꝙ bona fide et iuſto tytulo pre
dict⁹ ſathan et īfernalis cōgre
gacio poſſiderunt et preſcripſe
runt ſpacio quatuor milium ā
norū et vltra vt Eccleſiaſ xl c
Iugum graue ſuper filios adā
a die exit⁹ d̄ ventre matris eo
rum ¶ Itē ponit ut ſupra qꝫ
de predictis ē publica vox et fa
ma inter homines et per homi
nes atqꝫ ꝓ vero reputabantur
¶ Itē ponit ut ſup̄ ꝙ deus nō

irritat ea que ꝯ ſuo dꝫe ꝓcedũt
ut in pſalmo lxxxviij ..

[E]T nota ꝙ poſitionibꝫ de
bet pars adu̾ſa medio iurã
mento de veritate dicenda reſpō
dere. que ſi iuſſa a iudice recuſa
uerit habetur ꝓ confeſſa. ut de
confeſſ c ij li vi. et debet reſpon
dere eiſdem ꝑ verba credo vel nō
credo . nec eſt dandum tempus
ad deliberandũ quia ex preſũpci
onibꝫ informat ſuam credulita
tē ut notatur in c quoſdã de pre
ſumptionibꝫ. et hoc fit ut pars
agens releuetur ab onere ꝓban
di. ut ff de iureiurando l cũ qui .
et in c i de confeſſ li vi .

[Q]Vibus quidem articulꝭ
et poſitionibus ut ſupra
in iudicio preſentatis ⁊
rec̃eptis ſaluo iure impertinenti
um et nō admittendoꝝ ut nōẽ
in c ꝯſtituc̃ de elec in cle in glo
penult. peciit belial teſtes et ꝑ
tē citari ꝓut ſup̃ in alia forma
continetᷣ. § Quibꝰ quidẽ teſti
bus qui longiſſimis ãnis in in
ferno deguerũt necnō et moyſe
citatis ⁊ relatis atqꝫ ꝑtibꝫ ꝯpa
rentibus coram iudice prout ſu
pra in alia forma continetur pe
ciit belial procurator ĩfernalis
moyſen procuratorem iheſu per
iudicem ſingillatim ſuꝑ poſitio
nibꝫ et articulis premiſſis ꝯ ve
ritate dicenda medio iuãmento

interrogari et ſingillatĩ ad que
libet reſpōdere. Juſſusqꝫ a iudi
ce ꝑ ordinem omnes poſiciones
predc̃as fuit ꝯfeſſus hac tamen
excepta ꝙ nō ad ſuggeſtionem
ſerpentis homo peccauerit ſed
magis ad dyaboli ſuggeſtionẽ.
qui inuidia plenus ꝑ ſerpentem
hominẽ innocentẽ fecit peccare
Audi ſapientẽ ſapientie tercio.
Deus creauit hominem iexter
minabilẽ. ad imaginẽ ſue ſimili
tudinis fecit illũ. Inuidia autẽ
dyaboli mors introiuit ĩ orbem
terraꝝ. Belial vero hilaris factꝰ
ꝓpter ſepedictam ꝯfeſſionẽ ad
ꝓximũ dictũ non aduertens a
it iudici Dñe iudex confeſſio ꝓ
curatoris nocet dño. ut lite non
conteſt accedẽs. et c cũ oli de rã
poſſ ⁊ ꝓprieẗ. et ꝓpterea amodo
teſtibꝫ non egeo. qm̃ ex ore eiꝰ
audiuiſtis. ⁊ iure cautũ eſt ꝙ in
cōfitente nulle ſunt partes iudi
cis niſi in condempnando. ut de
trãſac preterea. et de ꝯfeſſ c ij.
et ff ad l aquili l ꝓuide § ſi. Jō
deprecor dominationem veſtram
ut dictum moyſen ad audiendã
ſententiam placeat mandare ci
tari. q̃a ius dicit. nos in queq̃
ſententiã ferre non poſſumꝰ ni
ſi in conuictũ aut ſponte ꝯfeſſũ
ut ij q i nos. Ait moyſes beliali
Tu belial es male morigeratus
et ꝑuerſus. adhuc non expoſui

Judici factum meum ⁊ infrīgis
michi in ore verbū Audi me pa
ciēter ſi placet. Ait belial volēs
trufare de moyſe. loquens dn̄e
quia audit ſeruꝰ tuꝰ dicit moy
ſes obiciendo cōtra tuas poſicio
nes ⁊ articulos tuos dico q̄ dic
tus ſathan ⁊ diabolica cōgrega
cio fiut pn̄ceps ⁊ rex ꝑ ut ī po
ſicionibus et articulis tuis con
tinetur ſed nunc non eſt impa
tor nec pn̄ceps nec rex q̄a iuſ
te eius d̄meritis id ē malis me
ritis ſentencialiter per ommipo
tentem deum fuit ꝑuatus ⁊ ihe
ſus dominus meus eiuſdem dei
filius d̄ predictis regnis p eun
dem ommipotentē ltime fuit in
ueſtitus ſicud per publicā iudi
cialem ſentēciam clare apparet
Ait belial. vbi eſt iſta ſentencia
proba eam. Ait moyſes peto p
iudicem ad hanc excepcionem
pemp me admitti. Quam ſalo
mon admiſit ⁊ ſic apud acta ſē
bi fecit. At moyſes in cōtinenti
et in eadem inſtācia iudicii por
tauit librū yſaie c xlvij et ean
dem excepcionem cepit legere
in hijs verbis et forma

Redemptor deus exci
tuū nomē illius ſanc
tus iſrl̄ vlcōm capiā
et non reſiſtet michi
homo denuda turpitudinem tu
am diſcoopi humerū tuū reuela
crura tranſi fluīa ſede tace et in
tra in tenebras filia caldeorū et
infernorum quia non vocaberis
vltra domina regnorum q̄a ira
tus ſum ſuper populum meū et
cōtaminaui hereditatem meam
et dedi eos in manū tua et non
poſuiſti eis miſericordias ſup
ſemen aggrauaſti iugum tuum
valde et dixiſti in ſempiternū
ero domina non poſuiſti hoc ſu
per cor tuū neque recordata es
nouiſſimi tui et nunc audi hec
dilatata alias dilata ⁊ habitās
confidenter que dicis in corde
tuo ego ſum et non eſt preter
me amplius nō ſedebo vidua ⁊
ignorabo ſterilitatem venient h̄
tibi duo ſubito in die vna ſteri
litas et viduitas vniūſa venerīt
ſuper te ꝓpter multitudinē ma
leficiorum tuorum ⁊ ꝓpter duri
ciā incātatorū tuorū vehemēter
et fiduciam habuiſti ni malicia
tua et dixiſti nō eſt qui videat
me ſapiencia tua ⁊ ſciencia tua
hec deceperunt te et dixiſti in
corde tuo Ego ſum ⁊ preter me
nō eſt vltra veniet ſuper te ma
lum et neſcies ortum eius et ir
ruet ſup te calamitas quoniam
non poteris expiare. Veniet ſu
per te miſeria repente quā neſ
cies ſta cum īcantatoribus tuis
et cum multitudine maleficiorꝫ
tuorꝫ ſtent et ſalutēt te anguēs

celi qui ꝯtemplanẗ ſidera celi ⁊
ſuppputant menſes ut ex eis ãnũ
cient ventura tibi Ecce facti ſũt
ſicͭ ſtipula·ignis cõbuſſit illos·
non liberabũt animã ſuã de ma
nu flãme· non ſũt prune quibꝫ
calefiant neqꝫ focus ut ſedeant
ad eũ·ſic facta ſũt tibi in quibꝫ
cunqꝫ laboraueras·negociatores
tui ab adoleſcentia ſua vnuſqͥs
qꝫ in via ſua errauerũt non eſt
qui ſaluet te· et dixi cristo meo
ciro cuiꝰ apprehendi dexterã ut
ſubiciam ante faciem eius gen
tes et dorſa regũ ꝯuertã et api
am ante eũ ianuas et porte nõ
claudenẗ·et dixi· In tẽpore pla
cito exaudiui te ⁊ in die ſalutis
auxiliatus ſum tui et ſeruaui te
⁊ dedi te in fedus populi ut ſuſ
citares terram ⁊ poſſideres here
ditates diſſipatas ut diceres hijs
qui vincti ſũt exite et hijs qui ĩ
tenebris ſũt reuelamini· Viuo e
go dicit dñs qͣ oĩbꝫ hijs velut
ornamẽto veſtieris et circũdab
tibi eos qͣſi ſponſa qͣ deſerta tu
a et ſolitudĩes tue ⁊ terra ruine
tue nũc anguſta erit pre habita
toribꝫ et longe vagabuntur qui
abſorbebant te·yſaie xlix· Qua
ſentẽtia ante ſalomonẽ lecta pe
ciit moyſes eã apud acta redigi
et inſcribi· Ait belial· Domine
iudex nichil ſcio de hac ſentẽtia
et non credo ipſam recte latam

quia numqͣm ad eam audiendã
ſathan vel infernalis congrega
cio fuerunt citati neqꝫ vocati· A
it moyſes· Nõne preſumitur de
hijs que a iudice ſunt facta vel
acta·ut de elec bone· de renunci
in preſentia·et in c poſt ceſſioñ
de ꝓba·et ij q vi hoc eciam· Ait
belial· Verum eſt ꝙ creditur ſen
tencie iudicis vbi conſtat de ꝓ
ceſſu cauſe·ſed vbi reuocatur in
dubium de proceſſu iudicis non
eſt preſumendũ de iuſto ordine
niſi ꝓbetur p acta· Nã victores
nõ aliter potiũtur ſentẽcijs niſi
eas oſtenderũt rcẽ latas· Auc de
hijs qui ingred ad appel § illud
collatione viij·et maxime cũ al
tera pars preſens non fuerit vł
ꝓcurator·quia ſi fuiſſet preſens
et non appellaſſet tũc veritatem
diceres ut notat innocencius in
c qm̃ de ꝓba· Speculator in c d
iſtru edit § reſtat in v in ſũma
nõ ĩ c i de ꝓ ĩ cle· Et ſi velles di
cere ꝙ acta ſunt pdita ꝓba per
ditionem vel proceſſum per teſ
tes·ut de priuilegijs cum olim
de teſti albertus · de re iudicata
ſicut· Codice de teſti lege publi
cati· Ait moyſes· Quid dicis tu
miſerrime· Nonne vides ꝙ lit
teris epiſcopi creditur eciam ſi
non probetur de proceſſu·ut de
probationibus poſt ceſſionem
et vndecima queſtione iij Tue·

Ait moyſes belial diſtingwe te
pora ⁊ cōcordabis ſcripturas vt
ij q i ſi peccauerit ſi queř de ex iu
dicialibus et tunc eius ſcripture
credit ſine alio adminiculo · Si
de iudicialibus et tunc non cre
ditur ň habeat teſtium ſubſcrip
cionem vel ꝙ conſtiterit ltimis
documētis ut in predicto c qm̄
de proba ⁊ de teſti cum a nobis
vnde ait ſalomon iuſte petit be
lial doce tu moyſ ⁊ iuſtifica ſen
tenciam tuam exactis q̄a alias
te non admittemus ad dictam
ſentenciam Ait moyſes libenter
domine Et ait moyſes ad belial
O belial dic michi nequiſſime
Ait belial O moyſes eſto ſapiēs
dic quidqđ vis et coram iudice
nō loquař de me vituperoſe quia
pacienter audiam · Ait moyſes
nōne deus vidit manifeſte totū
hominū maliciam que erat in t
ra et cunctam cogitacionem cor
dis eorū intētam eſſe ad malū
omni tēpore poſt peccatū hois
et ante diluuium Ait enim peni
tet me feciſſe hominē delebo in
quit hominem quem creaui a fa
cie terre et omnes hoīes in di
luuio aquaꝝ deleuit vt geñ vi ⁊
vij c Item poſt diluuium quid
dixit deus · Clamor ſodomorū
⁊ gomorreorū multiplicatus eſt
⁊ peccatū eorum aggrauatum ē
nimis deſcēdam ⁊ videbo ſi pec

catum eorum cōſūmatum ſit ac
nōne deus pluit ex hoc inibi ig
nem ⁊ ſulphur ⁊ ſubuertit has
ciuitates vt geñ xviij et xix de
accu c qualiter ⁊ qñ ⁊ ij q i de⁹
Item vltra hoc quot adulteria
quot homicidia quot ciuitates
deſolate quot prodicōnes quot
grauia mala in mundo ſūt neq̄ſ
ſime ꝑpetrata alias patrata cor
concipere mens premeditari et
lingwa dicere nō ſufficeret ſicud
clarius in canone biblie patet
nūquid mūdus excerbatus fuit
ab aquis et ciuitates ſic exuſte
fuerant 8 regno īferni ac ſatha
ne · quem tu dicis ſathanam et
inferni imperatorem et pńcipem
mundi ſicud in poſicōibus tuis
in actis ſupˀ poſitis plenius con
tinetur nōne infernus et ſathā
tenetur de peccato poſtꝙ mun
dus ſub eorū regimine errauit
quō poteſt excuſacio tua valere
quin ſunt eorum ſuggeſtionū pa
trata ar c quauis de regulis iu
ris nunquid dicere poſſes mun
de ſunt eorū manus a ſangwīe
hoc vt lxxxiij di ephes poſtꝙ
ſub eorum regimine erant · Itē
dic michi O belial an ſi rex vel
pńceps fuerit diſſipator vel ne
gliēs regni ſui regiminis ſi ꝓpter
hoc poſſit et debeat regno ꝓua
ri Si dixeris ꝙ nō mēdaciū di
cis vt de elec ꝙ ſicud i ſi xij q ij

vinceremus. et lxxxi di. v. de hoc.
Item vltra hoc nonne sathan et i
fernus pmiserunt se pro deo co
li in mundo quasi vniuſo. Non
ne ppter hoc grauiter deliqrūt
in deum & dominū ſuum qui pre
cepit ſe ſolū in mundo adorari.
ut exodi xx et deuteronomij iij
propter quod ſathan & infern9
potuerūt regno mundi priuari.
ut de re iudi ad apoſtolice. & xv
q vi alius. et de voto licet. Dic
michi o pphane nonne illa fue
runt manifeſta deo ut iudici ac
eciam et alijs cum ipſe deus de
ſcenderit ad videndū clamorem
ſodomorū & gomorreorum ſi ope
compleuerant ut geneſis xxviij
et xxix. atq; vidit cunctam ho
minum naturam pnam eſſe ad
malum ut geneſis vi. Itē nōne
ppter cultum principis inferna
lis ipſe deus infinitos reges oc
cidit et gentes multas pcuſſit.
ſeon regē amorreorū et og regē
baſan & omnia regna chanaan
ppter cultum ſathane et infer
ni et ydolorum eius. ut ioſue xij et
pſalmo c lvi. Poſſunt ne hec b
giuerſatione celari cū ipſorum teſ
tes ſint celū et terra et populus
vniuerſus. ut de purga cano cū
dilectus. Nunquid in hijs opor
tuit accuſatorē habuiſſe. Certe
nō ut ij q i manifeſta et in c eui
dentia de accu. ac eciā in hijs or

dinem iudiciariū obſuari. Cer
te non ut de iureiurando ad noſ
trā iij. Et non credas o belial q
iuſtus deus ſathane et inferno
fecerit iniuſticiā quoniā via iu
ris egit cōtra ipſū. Audi ieremi
am l c. Ecce ego mitto ad te o
ſupbe dicit dñs exercituū. quia
veniet dies tuus tēpus viſitaci
onis tue et cadet ſupbus & corru
et et non erit qui ſuſcitet eum.
Et qa talia mandata non egēt
de iure teſtium depoſitionibz de
clarari cū talia pbationē vel or
dinem iudiciariū non requirant
cum ſint notoria deo ut iudici &
alijs ut de teſti v ſuper eo. ſe
ſi nō fuiſſent notoria iudici ut
iudici et alijs tunc oportuiſſet
tale notorium ſeu manifeſtū p
bari. ut de elec bone ij & iij c ad
noſtram de cohabitatione cleri
corum et mulierum. quia ſenten
tia in hijs qñtumcunq; notoria
fuit neceſſaria. ut de diuor por
ro. et de app cum ſic. et iij q i de
us. Ideo vniuerſorum dominus
ad eam audiendam ſathanam
et infernum citari fecit ac eciā
de eorum delicto et regni priua
tione valde in ea ipſe deus con
doluit. Cuius tenor citatiōis ſe
quitur in hec verba.

AUdite verbum dei prī
cipes ſodomorum id
eſt peccatorum audi
bus pcipite legē dei
vr̄ populus gomorre qm̄ facta
ē meretrix ciuitas plena fidelis
iudicij iuſticia habitauit in ea
nunc autem homicide argētū
tuum i ſcoriam verſum eſt vi
num tuum mixtum ē aqua prī
cipes tui infideles ſocij furꝫ oēs
diligunt munera ſequntur retri
bucōnes pupillos non iudicant
cauſe viduarū non ingrediūtur
ad eos ꝓpter hoc ait dominus
exercituū fortis iſrl heu ego cō
ſolabor de hoſtibus meis et vin
dicabor de inimicis meis et con
uertam manū ad te et excoquā
ad purum ſcoriam tuam ꝛ aufe
ram oē ſtagnū tuū ꝛc̄ ut iſaie c i

Item dictū ē ſathanā
ipſe deus fecit citari
pſonaliter ezechiel
xxviij c p eo qꝺ ſupbe dixerat
ꝙ deus ego ſum in hec verba et
factum ē verbum domini ad me
dicens fili hoīs dic pncipi Tiri
hec dicit dominus deus eo qꝺ
eleuatum ē cor tuum et dixiſti
deus ego ſum et in cathedra dei
ſedi in corde maris cū ſis homo
et non deus ꝛ nō dediſti cor tu
um quaſi cor dei Ecce ſapienci
or es tu daniele oē ſecretū nō ē
abſconditum a te id ē in ſapiē
cia ꝛ ꝓuidencia tua feciſti tibi
fortitudinem ꝛ eleuatum ē cor
tuū in robore tuo ꝓpterea hec
dicit dominus eo qꝺ eleuatum
eſt cor tuum quaſi cor dei idcir
co ego adducam ſup te alienos
robuſtiſſ ios gēciū ꝛ enudabūt
gladios ſuos ſuper pulcritudinē
ſapiencie et pollūet decorem tu
um interficient et detrahent te
monieris i interitu occiſorū in
corde maris nunquid dicens lo
queris deus ego ſuum

Item tercio dictum ſatha
naz citari fecit ꝓpter ſu
pbiam et arroganciam
eius p eundem ezechielis xxix
ꝛ xxxij c factū eſt verbū dn̄i ad
me dicens fili hominis loquerē
contra pharaonem et dices hec
dicit dominus . Ecce ego ad te
pharao rex egipti draco magne
qui tubas in medio fluuiū tuoꝝ
et dicis meus ē fluuius et ego
feci memetipiū ꝛ ponam frenū
in maxillis tuis leoni gencium
aſſimulatus es et dracom qui
eſt in mari ꝛ ventilabas cornu
in fluibus tuis et conturbabis
aquas pedibus tuis ꝛ conculca
bas fluia eorū . ꝓpterea expan
daz ſup te rethe meum in mul
titudine populorū multorū et
extraham te in ſagena mea et
piciam te in terram vides ergo
quātā fecit de⁹ i inferno eqtatē

Tres ſucceſſiue ad duincendã eius maliciã fieri fecit citatioẽs ut in c pput de do et ↄtu: et i auc ut cũ de app cog § ſed et hec col viij. C de iudi auten iubemus. ⁊ in c cũ olim de do et ↄtuma. Ait belial. Ipſe citationes loquũtur contra regẽ tuũ et contra pharaonẽ regem egipti et non cõtra ſathanã et infernum. Ait moyſes Nõne tu neqꝫ in poſitionibꝫ tuis apud acta pñtatis ⁊ datis dicis ſathanã eſſe regem tuũ ⁊ regem egipti. Ergo quem dicis. Item o belial expecta modicum quia tibi veritatem oſtendam ⁊ iuſtificationẽ ſententie ex veris pceſſibꝫ. Dic michi nõne deus elegit abrahã ex omĩ ſemine ſumens eum ſibi in ſeruũ atqꝫ fedus iniens cum eo eiqꝫ dicens. Multaplicabo te vehementer nimis et vltra non vocaberis abrã ſed abraham quia patrem mlta rum gẽcium conſtitui te ⁊ ſtatuens pactum cum eo ĩ generationibus ſuis federe ſempiterno dicens. ego ſum deus tuus ⁊ tu et ſemen tuum populus meus eris eiſqꝫ imponens circumciſionem et cerimonias multas. ut geneſ xvij. Ergo dic michi q̃d fecit atqꝫ patratus eſt pñceps infernalis in dicto populo dei ⁊ domini eius et regno eiuſdem cũ primo educebatur dictus populus de terra egipti ad terram pmiſſionis. quid contaminatus fuit in predicto populo. Nõne ipſe infernalis princeps fecit eum ydolotrare dicens. Hij ſunt dij tui iſrahel qui te eduxerunt de terra egipti ut exodi triceſimo ſecũdo capitulo et pſalmo cẽteſimo quinto ſic legit. Et fecerunt vitulũ in oreb. et adorauerunt ſculptile. propter quod in populo dei deciderũt gladio plꝰ q̃ꝫ viginti tria milia. Item nõne predictus princeps infernalis in dicto populo dei p filios chore videlicet dathan et abyron fecit ſciſma inſurgere volentes caput ſacerdocij aaron imitari. pter qd terra aperuit os ſuũ ⁊ ipſos cũ ſyñgoga eoꝝ viuos abſorbuit ut numeri xvi ⁊ pſalmo c v. Aperta eſt terra et deglutiuit dathan et operuit ſup congregationem abyron. Item nõne ipſe ĩfernalis princeps fecit populũ dei iniciari beelphegor. ut numeri xxv. Item nonne ipſe princeps infernalis pſecutus fuit dauid vnctũ dñi p ſaulem malum ſpiritum in ſe habentem vſqꝫ ad mortem incluſiue. ut p̃mo regũ decimo octauo. Itẽ nonne ſurrexit ſathan cõtra iſrahel ut dauid rex numeraret populũ propter quod peſte perierũt ex populo vltra ſexaginta milia.

Item nonne dictus pricepes in
fernalis ſepauit decē trib⁹ iſrł
a vero rēge roboam eligētes eis
ieroboā in regem que tribus ex
ceptis duab⁹ dcō pncipe inſti
gāte receſſerūt·cū dcō ieroboā
a cultuā veri dei ydola qꝫ adoran
tes dcō pūcipe dicēte ei Si reū
tatur populus iſte ad dn̄m ſuū
roboā inficient te ꝛ reuertētur
ad dn̄m · ꝓpter qd poſuit in cō
ſilio ſuo vt facēt duos vitulos
aureos et dicēt toti populo no
lite vltra aſcēdē i irlm̄ Ecce dij
tui q̄ eduxerēt te de terra egipti
vt iij regū xij c· Itē nōne dn̄s
pūceps aſcēdit i abhoiacōnē ſu
p altare ſcā ſcōrū et imbi ꝓ deo
vero a dcō ꝑlō dei ſe fecit adora
ri q̊t ibi adultēa ꝛ hoīcidia q̊t
deſolacōes ciuitatū q̊t occiſioēs
ſacerdotū et ꝑli dei facta fuerūt
vt machabe i et ij libro Itē dic
michi nōne ꝓpter hoc dn̄s pū
ceps veſter videtur crimen leſe
maieſtatis in deū temeāria pre
ſūpcōe regnum eiuſdem dei ſic
occupādo ꝛ deſtruēndo cōiſſiſſe
ſi cōtrariū dixeris mendaciū di
ces q̄d loquūtur iurā ſuper hijs
nūquid de iure ꝓpter hoc infer
nalis pūceps regnum qd tene
bat a deo ſup oēs gentes potuit
ab ipō deo ꝛ dn̄o vniūſorū ꝓua
ri et per eum in etnā morte iuri
dica ſentēcia dāpnāi ꝛ fiſco dei
perpetuo regnū et ei⁹ dominiū
applicari vt C ad l iul maieſta l
quiſq̄s vi q i § verū ꝛ i c vergē
tes de hēti et meli⁹ i c paſtoał
et de ſen ꝛ re iudica i cle Quāe
hoc egit īfernał pūceps i ꝑlō
dei quē ipē preelegerat ex oīb⁹
gētib⁹ et regnis ꝛ hoc ipē prin
ceps negāe non poſſꝫ nōne ipē
tunc dixit credens preocupaē
dictum regnum dei ponam ſedē
meam ad aquilonem et ſimilis
ero altiſſimo nonne ꝓpter hoc
eiectus fuit de ſepulcro ſuo qua
ſi ſtirps īvtilis quaſi fame pol
lutus et obuolutus cum hijs qui
interfecti ſunt gladio deſcēdit
ad profundum alias fundamē
ta laci quaſi cadauer putridum
nonne tunc ceſſauit exactor q̄e
uit tributum quia dominus con
triuit baculum impiorū vīgam
dominanciū cedentem populos
gentes qꝫ ꝑſequentem crudelit
vt iſaie xiiij c quare non ſtabat
iuribus ꝛ termīs ſuis contētus
vt de deci c i xxi q ij § i ꝛ ij Sꝫ
quia ſupra ꝓxime dicta nō erāt
publica deo iudici ꝛ alijs ut ſūp
acta fuerant Ideo ipē deus tam
quam iuſtus iudex p ꝓbacionē
dicte notorietatis preconie Eze
chielꝫ et dauid pemp citari fe
cit necnō dictum pūcipem vēm
vt eorūdem teſtiū iuramenta vi
deret vt de teſti in nomine dn̄i

Cuius tenor talis est.

Fili hoīs dic monti seyr̄
Hec dicit dn̄s deus. Au
diui vniu̇sa o℗pbria tua
q̄ locutus es de montibꝫ iſrahel
dicēs. deserti nobis dati sūt ad
deuorand̄. et īsurrexiſtis aduer
ſū me ore vrō et regnaſtis adu̇
ſum me. v̇ba veſtra ego audiui.
Hec dicit dn̄s letare vniu̇ſa ter
ra in ſolitudinē te redigā ſicuti
gauiſus es ſup hėditatē domus
iſrahel eo ꝙ fuerāt diſſipata ſic
faciā tibi. At eciā citam⁹ dauid
et ezechielē ut corā nobis ꝯpare
ant medio iuramēto depoſituri
teſtimoniū veritatis ut ezechie
lis xxxv. Et quid dauid corā ip
ſo deo et dn̄o vniu̇ſoꝝ fuerit teſ
tificatus audi eundē. Deus vlti
onū dn̄s deus vltionū Vſqꝫ quo
peccatores dn̄e vſqꝫ q̊ gloriabū
tur. populū tuū dn̄e humiliaue
rūt et hereditatē tuā vexauerūt
viduā et aduenā interfecerunt
et pupillos occiderūt. et dixerūt
non videbit dn̄s nec intelliget
d̄s iacob. polluerunt tēplū ſanc
tū tuū poſuerūt iheruſalē in po
moꝝ cuſtodiā. poſuerūt morttici
na ſeruoꝝ tuorū eſcas volatilibꝫ
celi carnes ſanctorū tuoꝝ beſtijs
terre. effuderūt ſanguinē eoꝝ tā
ꝙ aquā in circuitu iheruſalem.
nec erat q̄ ſepeliret. incenderūt
igni ſanctuariū tuū in terra pol
luerunt tabernaculū nomīs tui
dixerunt in corde ſuo cognatio
eorū ſimul. quieſcere faciamus
oēs dies feſtos dei a terra. Vide
domine quāta malignatus eſt ī
imicus in ſancto. § Itē quid teſ
tis fidelis ezechiel fuit teſtifica
tus audi eundē c xxij. Ecce prī
cipes iſrahel ſinguli in brachio
ſuo fuerunt in iheruſalē et effu
derūt eoꝝ ſanguinē. patrē ⁊ ma
trē ꝯtumelijs affecerūt in ea ad
uenā calūpniati ſūt in medio e
ius ac pupillū et viduā ꝯtriſta
uerūt apud ipſam ſanctuaria tu
a dn̄e ſpreuerūt et ſabbata tua
polluerūt. ſcelus opati ſūt ī me
dio ei⁹. verecundiora patris diſ
cooperuerūt et īmundiciā men
ſtruatė humiliauerunt et vnuſ
quiſqꝫ in vxorem ℗ximi ſui opa
tus eſt abhoīationē. ſocer nurū
ſuam polluit nepharie. Frater ſo
rorē ſuā filiā prīs ſui oppreſſit ī
te et tui deus fuit oblitus. Dic
michi o belial probātne ad ple
nū dicti teſtes de nequicijs et
ſceleribꝫ p principem infernalē
in regno dei commiſſis atqꝫ pa
tratis cum in ore duorum vel tri
um teſtium ſtet omne verbum.
ut c in omni de teſtibus. et c li
cet. A quibus teſtibus preclariſ
ſimis piiſſimus de⁹ pleniſſime
tamq̄m iudex informatus corde
ingemiſcēs ⁊ dolens de iuridica

priuacōne tocius impij pricipis
infernalis quaſi lacrimoſe ſic fu
it locutus vt ezechiel xxviij O
cherub tu ſignaculum ſimilitu
dinis dei plenus ſapiencia et p
fectus decore ī delicijs padiſi fu
iſti omīs lapis preciosus opera
mētum tuūm ſardius topazion
et iaſpis criſolitus onus berill9
ſaphirus carbunculus atqȝ ſma
ragdus aurꝫ opus decoris tui et
foramina tua in die qua cdit9
es para ſunt tu cherub extent9
et protegens et ꝓſtratus et po
ſui te in monte ſancto dei in me
dio lapidum ignitorū ambulaſ
ti pfectus in vijs tuis a die con
dicionis tue donec inuenta ē in
iquitas in te in multitudine ne
gociacioīs tue repleta ſunt inte
riora tua iniquitate ꝛ peccaſti ꝛ
eieci te de monte ſancto dei et p
didi te O cherub ꝓtegēs te de
medio lapidum ignitorū in ter
ram ꝓieci te āte faciē regū dedi
te vt cernerēt te et ad huc ma
la peioribus aggregando dupli
cauit interius malum ſuum ꝓpē
qꝫ de9 vniūſoꝝ dñs pricipē īfer
nalem ad audiendam ſentenci
am citari fecit in forma q̄ ſequi
tur vt ezechiel xxi c ·hec dicit
dominus deus ·Tu autem ꝓpha
ne impie dux iſrl cui9 venit di
es in tēpore tribulacōnis prefini
tate hec dicit dominus ·Auferā

cyndarim tollam coronam iniq̄
tatis ponam eā ve qui predaris
nōne ipſe predaberis et qui ſp
nis nonne ꝛ ipē ſperneris cum
cōſumaueris depredacōnem de
predaberis Et cū fatigatus deſi
eris contempnere cōtempneris
vt Iſaie xxxiij c ve corone ſup
bie ꝛ flore decidenti glorie exal
tacōnis eius pedibus cōculcabi
tur corona ſupbie et erit flos
decidens glorie exaltacōnis ei9
vt yſa xxviij c ideo veni ad iudi
cium o ꝓphane q̄a hodie deſtru
etur ſupbia impij tui dic michi
o belial·nūquid prīceps īferna
lis comparuit ad audiēdum ſentē
ciam cum dixiſti qꝫ nō fuit ipſe
prīceps citatus ſed ecce qualit
ipē fuit ad eam citatus ſi nō cō
paruit contumax fuit ſed ſentē
cia bene fertur in citatum contu
macem ut de offi dele conſuluit
in glo iij c veritatis de do ꝛ cōtu
et in cle ſexe de v ſig ·Sed ipē
deus tui pricipis videns contu
maciā ſentēciam iam dictam in
ſcriptis ſedēs pro tribunali tu
lit ꝓ ut ſupra continetur ut de
ſen et re iudi c ſi li vi vnde ait
moyſes O belial dic michi eſt
iuſtificata ſentencia ſupra dicta
exactis Ait belial neſcio Ait mo
yſes domine iudex peto vrāȝ int
locutoriam ſup iuſtificacōne iaȝ
dicte ſentēcie et ſic ſcribi fecit

apud acta · ꝓpter qđ ſalomō re
cipiens ſupradicta allegata et e
is bn̄ recenſitis atq; digeſtis in
terlocutus fuit p ſup̄dicta acta
dictā ſententiā iuſtificari · et ſic a
pud acta fecit ſcribi ·

Qe audiens belial vehe
ment̄ fuit obſtupefcūs
et genuflex⁹ corā iudice
ſalomone ⁊ iūctis manib; lacri
mabilit̄ ab eo poſtulauit ut eū
in ſua iuſticia recomendatū hr̄et
cū aliq̄ intēdebat obicē ꝯtra pre
dcā · quib; obiectis et ꝓbat̄ cre
debat ilico ſuū obtinē intentū ·
Cui ſalomō dixit · Audacter loq̄
re qm̄ ſi iuſticiā habueris eanđ
executiē ꝯſeq̄ris Ait belial · q̄ꝙ
moyſi videat̄ iuſtificaſſe ꝓut ip
ſe aſſerit et vos interlocuti fue
ritis ſ̄dictā ſententiā ex act̄ tn̄
ih̄c eius dn̄s in executiōn eiuſđ
ꝯtra debitū iuris ⁊ iuſtīe modū
exceſſit capiēs infernū terre ve
bis ⁊ habitāciū in eis poſſeſſio
nē pn̄cipe nr̄ō vl̄ alio eius noīe
ac eciā inferno irreq̄ſitis neq;
citatis ad eanđ · ponat̄ ſine pre
iudicio ait belial ꝙ nr̄ princeps
ſeu īfernus fuerit de iure p̄uat⁹
oīb; ſup̄dictis tam̄ de facto poſſi
debat · debuitne ipſe ſic remoue
ri a poſſeſſione non citatus q̄a
forte poterāt ſibi aliqua ꝯpetē
de iure retinendi eādē · Certe ta
liter remoueri nō debuit ut xvi
q iiij nolumus · de conceſ preben
cū noſtris · de reſti ſpo in lr̄is · de
cauſa poſſeſ et ꝓpriet c ij · et ē
expreſſū C de rei ven l ſi · Ideo
ſi ipſi ih̄u ut aſſerit̄ ſentēcialit̄
tradita fuerūt mundus vniūſus
infernus homines et anime ini
bi degētes debuit agere ut ſibi
traderet̄ poſſeſſio predictoꝝ ſū
marie agendo cū poſſeſſoē roca
to · C ſi p vim vel alio modo l vl
tim̄ · de preben licet epūs li vi ·
Memini eni licet ſuā rem auto
ritate ꝓpria occupare · C vn̄ vi l
ſi quis in tantā · xvi q vi placuit
et de preben cū qui li vi · ⁊ de di
uoꝛ porro · Sed predictus dn̄s
ihesus moyſi in nullo ſepedictis
obſeruatis omīa ſupradcā teme
ritate quadā inuaſit · penā dcē
legis ſi quis · et alioꝝ iurium te
mere incurrendo et violēta poſ
ſeſſione excluſa meo nomine q̊
ſupra temere ac illicite occupa
uit atq; omīno detinet occupa
ta · Quare iuſtiſſime iudex cum
ſim paratus omnia iſta in omni
euētu ꝓbare ꝙ eiſđ ꝓbatis pla
ceat dicto ih̄u temerario ⁊ violē
to poſſeſſore excluſo meo noīe
quo ſup̄ plene eandē adiudicare
§ Quib; p belial dcīs et attēte
p moyſen auditis talit̄ moyſes
iudici fiducialit̄ fuit locut⁹ · Rex
ſapiētiſſime ſalomō q̄ꝙ verba
belial bene et ſubtiliter prolata

videāt audiēciū autēs demulcē
tamen ſalua eius gracia quia ꝓ
vt narrantur de ihesu meo dn̄o
ſūt vera quia belial debꝫ ſcire ꝙ
execucio ſentēciarū ē duplex vi
delicet mera et mixta Mera ex
ecucio dicitur qn̄ partibus pre
ſentibus cognitum eſt de cauſa
ab aliquo iudice ⁊ ipē mandat
alicui ꝙ ſentenciam exequatur
vt codice de execu rei iudi l exe
cutoꝝ et l ſi ut ꝓponis et talis
executor nō debet audire excep
cōnes quia nullam habet cogni
cioēm ſed tantū meram execucio
nem ut in c paſtoralis de off del
niſi talis executor ſciēt ſcienter
ſentēciam per ipm̄ exequēdam
latam eē auctoritate falſarū lrā
rum ut de crimine falſi ſup eo ꝰ
per falſa inſtrumēta vel ꝑ dolū
adūſarij ⁊ ſi iſta obiciantur co
ram tali executore debet ipē ſup
ſedere ⁊ nō cognoſcere de excep
cione ſed pocius negocium deꝫ
ſupiori referre ut de ſen et re iu
de cetero ⁊ in c ſi qn̄ de offi del
ſi execucio ſit mixta puta ꝙ ha
beat cognicionem annexam vt
cum domin⁹ mādat alicui reſti
tui rem ſuam vel mādat alicui
dāi beneficium coram tali execu
tore admittuntur excepciones
et habet ipē cognicōn̄ ipārū ut
de offi dele ex ꝑte xxv q ij et ſi
cognicio ⁊ de reſcript ſi qn̄ ⁊ in

c licet epūs de preben̄ li vi. Et
taliter tua excepcio o belial deꝫ
intelligi uec nō ⁊ iura ſupius ꝑ
te allegata qm̄ execucionem ꝙ
dominus meus ihesus habuit
a mero executore ſcilicet ab an
gelo dei qui nullam cogniciouē
habuit niſi meram execucōnem
ſentencie dei coram quo angelo
affuit eciam et ſathan ut atteſ
tatur zachar̄ in c dicēs. Et oſtē
dit michi dominus ihesū ſacer
dotem magnum ſtantem coram
angelo dei ⁊ ſathan ſtabat ad
dexteram eius vt adūſaretur ei
Et dixit dominus ad ſathan in
crepet inte dominus ſathan et
increpet dominus inte q̃ elegit
ihrlm̄ ⁊ ihesus indut⁹ erat veſti
bus ſordidis ⁊ ſtabat ante faci
em angeli q̃ rn̄dit ⁊ ait ad eos
qui ſtabant coram ſe dicens Au
ferte veſtimenta ſordida ab eo
et dixit ad eum Ecce abſtuli a
te iniquitatem tuam et indui te
mutatorijs et dixit ponite cyn
darum mūdam ſuper capud ei⁹
et poſuerūt cyndarum mundaꝫ
ſuper capud eius et induerunt
eum veſtibus et āgelus domini
ſtabat et conteſtabatur ihesum
dicens hec dicit dominus deus
exercituū ſi in vijs meis ambula
ueris et cuſtodiam meam cuſto
dieris tu q̊ꝫ iudicabis domū me
am ⁊ cuſtodies atria mea ⁊ dabo

dabo tibi ambulantes de hẏs q̃
nũc aſſiſtunt . Audi iheſu mag
ne ſacerdos tu et amici tui q̃ ha
bitant corã te qui viri potentes
ſunt ecce ego adducã ſeruũ me
um orientẽ quia ecce lapis quẽ
dedi corã ihũ ſup lapidẽ luminis
ſeptẽ celi ſũt. Ecce celabo ſculp
turã eius ait dñs et auferã iniq̃
tatẽ t̃re illius in die vna. Quid
videt̃ tibi o belial fuitne legiti
me dei ſentẽtia ꝑ ſupradictũ an
gelũ executa in cuius executioẽ
eciã et ſathan affuit ſicut ſ̃ pꝫ
Vid dicis o belial . confi
terisne te iuridice eſſe
ↄuictũ. Ait belial. Certe
nequaꝗ̃. quia que tu dicis et q̃
dcã ſũt v̓a ſũt de v̓o meſſia q̃ de
bet ſaluare populũ iſrahelitacũ.
in quo meſſia requieſcet ſpirit⁹
dnĩ ſpũs ſapientie et intellcũs
ſpũs ↄſilii et fortitudinis ſpũs
ſciẽtie et pietatis et replebit eũ
ſpũs timoris dnĩ. Ipſe enim nõ
ſcd̓m viſionem oculoꝝ iudicabit
neqꝫ ſcd̓m auditũ arguet ſed in
iuſticia arguet populos. et pcu
tiet terrã virga oris ſui et ſpũ
labioꝝ ſuoꝝ interficiet impium.
ꝓpter cui⁹ iuſticiã habitabit ſiꝉ
lupus cũ agno. ⁊ pardus cũ ag
no accubabit . vitulus et leo et
ouis ſiꝉ morabunt̃ et puer puu
lus minabit eos. yſaie xi. Sꝫ ip
ſe qui dicit ſe iheſũ et ꝓmiſſum
in lege meſſiã non ſolũ ꝙ ipſe
pacẽ non dedit aliis atqꝫ nõ fe
cerat iuſticiã ſꝫ cũ populo iudeoꝝ
continuã habuit rixã. qui popu
lus dictũ ihm crucis ſuſpendio
dãpnauit et reprobus ab eodẽ
populo vſqꝫ in hodiernũ diem
ẽ habitus. ac eciã cũ ipſe ihc in
humanis eſſet q̃d fuit locutus.
Non veni mittere pacẽ ſꝫ gladi
ũ veni enĩ ſepare hoĩem adu̓ſus
patrẽ ſuũ ⁊c̃ mathi xi. Si ipſe
ihc aliqua ſigna et miracula in
terra fecit maiora feciſti tu moy
ſes in egipto in ↄſpectu pharao
nis ac eciã helias anteꝗ̃ rapt⁹
eſſet et eciã eius diſcipulus hel
iſeus. Ergo ſi debet meſſias ſal
uare populũ iudaicũ et ipſe ab
eod̓ populo eſt occiſus quõ fuit
ipſe meſſias. Ait moyſes O beli
al ꝗ̃ ſtulte ⁊ ↄtra veſanã mentẽ
tuã locutus es . temerario motu
auſus fuiſti os tuũ ponẽ in celũ
diuinũ et admirabile cõmerciũ
ita ꝓphane ⁊ ore ſacrilego noĩa
re. vẽ lingua tua trãſibit ſup ter
rã. An ignoras ꝙ creator hũani
generis aĩatũ corpus ſumẽs de
v̓gine deq ua naſci dignatus eſt
et procedens homo ſine ſemine
largitus eſt nobis ſuam deitatẽ
atqꝫ ut homo ꝓ toto hũano ge
nẽ mori voluit. Ait belial. Edi ſ
ſere q̃ſo. forte me error opp̓mit
At moyſes apiens os ſuum ait.

hoc non ignoras q̄ deus forma
uit hominem de pura et v̄ginea
terra que ad huc in ſe nō recepe
rat maculā alicuius peccati nec
aliquis in ea preter ipm̄ deum
fuerat nec fuit opatus vt gen̄ i
et ij c Item plene noſti q̄ deus
hominen ſine iniquitate et labe
peccati de dicta terra ad ſui ſimi
tudinem formauit Item q̄ dic
tus homo extra padiſum ad dei
ſimilitudinem formatus ī ani
mam viuentem ſine labe alicui⁹
peccati in padiſo peperit mulie
rem evam eidem conſociam Itē
ꝓhibitus a deo ne de ligno ſciē
cōmederet quia in eo eāt mors
et nōne reus mortē deceptōne
dyabolica contra ꝓhibitū de lig
no cōmedit Item q̄ per illū lig
ni eſum factus fuit ſimilis deo
ſciēs bonum et malum Item ipē
in continenti peccatū cognouit
et dei timorē ꝓpē que in medio
ligni a facie dei ſe abſcōdit Itē
q̄ ꝓpter eiuſdem hominis ino
bedienciam ipē homo a deō deo
expulſus fuit a padiſo vt labo
ribus ⁊ ſudoribꝫ fatigatus mor
te infernali morētur. Itē q̄ dic
tus homo repudiatus a deo ven
ditus fuit in manus inferni
Vnq̄d o belial dices
iſtum hominē forma
tum ⁊ creatū ex v̄gie
et incorrupta matre
et ſine aliquo peccato ſimilē qꝫ
deo ex ſuggeſtione dyabolica in
padiſo peccātem et dyabulo vē
dito potuiſſe redimi ab aliquo
nato iniquitatibus atqꝫ in pec
catis cōcepto nōne de⁹ ꝓſpexit
ſuper filios hominū ſi erat ītel
ligens aut requirens deū ⁊ oēs
decliauerūt ſimul inutiles fac
ti ſunt et nō eāt qui faceret bo
num non erat vſqꝫ ad vnū. Itē
O belial nūquid nō neceſſario
oportebat q̄d ipīus peccatoris
redempcō fieret per aliū natum
ex v̄gine ſine peccato concepta
que conciperet et pareret abſqꝫ
dolore ⁊ libidine ācuius peccati
hominem deo ſimilem. Et ſicut
adā de terra formatus ſine pec
cato pepit mulierem et ſine do
loē et labe alicuius peccati p q̄
ingreſſa fuit mors ī orbem ter
rarū Ita ſimilitudinarie oporte
bat mulierem naſci ſine aliquo
peccato que virꝫ ſimilez deo paē
ret ſine dolore et labe ācui⁹ pec
cati per quā dicta mors in orbe
terrarꝫ deſtruēt et vita recupeā
retur amiſſa. Quia licet nouū
fuerat virꝫ feciſſe feminā Ita et
nouū fuerat feminaꝫ pere virū
vt iere xxxij c quia creauit de⁹
nouū ſuper terram . feīna circū
dabit virꝫ. Et ſicut adam peccā
uit in padiſo per ſwaſū dyabo
licū ī gula ⁊ ſuperbia ipſe vero

extra paradiſū omnino non pec
cauit ut yſaie liij. eo iniquita
tē non fecerat neqȝ dolus fuit in
uentus in ore eius. ſȝ dyabolum
pocius et mortē in ſimilibȝ ſup
bis et guloſis pſuaſionibus de
ſtruxit. Si adam ↄtra ꝓhibitū
dei de ligno ſcientie comedit ad
ſuggeſtionem dyaboli ut morte
moreret̃ . ipſe vero ad preceptū
dei de ligno mortis comedit diſ
ſuadente dyabolo ut vitā recupa
ret eternā. yſaie liij. et dn̄s volu
it ↄterere eū in īfirmitate ſi po
ſuerit pro peccato animam ſuā
Et ſi adam ꝑ eſū ligni ſimilis
factus fuit deo in ſapiētia. ipſe
vero in eſu ligni mortis ꝑdidit
ipſam ſimilitudinē ſapientie et
ſcientie ut priſtinā dei ſimilitu
dinē ꝑditam ꝑ peccatū in mor
te nobis recuparet. yſaie liij. et
poſuit dominus in eo iniquitatē
omniū noſtrū. oblatus eſt quia
ipſe voluit. Et ſi adā cognito ſu
o peccato ī dei timore ↄſtitutus
in medio ligni ſe abſcondit. ip
ſe vero cognita dei miſc̃dia in ſu
a caritate in qua omnē expulit
timorē ī medio ligni crucis pa
lam in facie dei ſe ↄſtituit. ut ie
remie xi. Venite mittamus lig
nū in panem eius ꝛc̃. Et ſi adā
fuit ꝓpt̃ peccatum a deo expul
ſus de paradiſo. ipſe vero morte
ſua deſtruēs illud peccatū eūdē
adam reincorporauit ſibi. yſaie
liij. ꝓpter ſcelus populi mei ꝑ
cuſſi eum et dabit impios pro
ſepultura ⁊ diuites ꝓ morte ſua
Si adam propter iam dictum
peccatū repudiatus et venditus
fuit dyabolo atqȝ inferno . ipſe
vero moriendo eundem de mani
bus dyaboli et inferni liberauit
ut yſaie quinquageſimo ſecūdo
Gratis venūdati eſtis et ſine ar
gento redimemini. Si ipſe adā
totum mundum per lignum dul
cia ſugendo dampnauit. ipſe ve
ro totum mundum amara ſugen
do ſaluauit. yſaie liij. Sicut o
uis ad occiſionem ductus eſt ⁊
coram tondente ſe obmutuit. de
anguſtia et de iudicio ſublatus
eſt . Et ne mireris o belial cum
non ignores omnis res per
quaſcūqȝ cauſas naſcit̃ . ꝑ eaſdē
econtrario diſſoluitur . ut de re
gulis iuris omnis libro quinto
Sic directe ⁊ neceſſario oporte
bat in redemptionem humani
generis operari ſiue obſeruari .
ſicatio. quia res d̕ facili reuertit̃
ad ſui naturā ſcilicet ad liberta
tē priſtinam ut xxxv di ab exor
dio. et ff d̕ pactis l ſi vnus §
ſi in ſpē dat̃ Sed iſte homo na
tus ex puriſſima virgine ↄcep
tus ſine peccato et ipſe natus
ex eaſ ſine peccato nonne fuit
ih̄s filius dei quem tu pſequeris

nonne hec ſaluacio ſiue redemp
cō fuit ꝓmiſſa abrahe patriar
che qui obediendo deo ymmola
uit filiū ſuum iſaac ꝓpter cuius
obedienciam deus ade inobediē
ciam deleuit dicens eidem abra
he. In ſemine tuo benedicentur
omnes gentes et eundem cōſti
tuit patrem multaꝝ gencium q̃
ſi volēs ꝙ de tali priuilegio ade
gauderet et quā benedictionem
ipē deus voluit ī figura ipi abra
he oſtendere in filio ſterilis vt
ſemen acciperet in ſemīe eiuſdē
abrahe ꝑ filium virginis marie
ſed ſi per obediēciam abrahe in
obediencia ade fuit deleta vnde
ſequitur qꝺ dictum ſemen abra
he tam ex ꝑte dantis ꝙ̃ eciā ex
ꝑte ſuſcipiētis debebat a pecca
to mundū eē ſicut fuerūt adam
et eua ante peccatum ſed q̃a cū
ipſe abraham eēt conceptus in
iniquitate non poterat hominē
abſq; alia iniquitate natum et
formatum redimere ⁊ maxime
deo ſilē; q̃s diſſilis deo poterāt
hoīne; abſq; vllo peccato natū
⁊ formatū redimere nōne omēs
poſt adam ſumus cōcepti et na
ti ⁊ in iniquitatibus ⁊ peccatis
nonne ꝓpter hoc ſumꝰ diſſimi
les deo in quo nulla ē iniquitas
ſed omnis equitas hūdat ideo
neceſſe fuit vt ipē iheſus dei fi
lius tēpe prefinito homo fieret

de v̾gine vt hominē ſibi ſimilē
de v̾gine terra natū redimēt

Ait belial hec ſunt im
poſſibilia o moyſes
que tu dicis ꝙ uirgo
debeat parere et cōclu
dere vis ꝙ maria mater ipius
iheſu fuit virgo ī partu et poſt
partum nōne ipā habuit in viꝝ
ioſeph ⁊ ex eo natus eſt ipē ihe
ſus hoc ē manifeſtū cui cōtradi
ci non poteſt. Ait myoſes verū
eſt ꝙ ioſeph ſponſus eius fuit
ſed tamē carnaliter eaꝫ nō cog
nouit et poſtꝙ̃ deſponſata fuit
concepit de ſpiritu ſancto et licꝫ
hoc tibi fuit incognitū o belial
tamen noli mirari quia tāte ſūt
vires matrimoniales ſacramen
ti ꝙ ab eo demonium effugatur
qū ſancte ⁊ honeſte obſeruatur
hoc ꝓbatur thobie vi c ideo ne
mireris ſi neſcis aliquid de īcor
rupcōne virginis marie nonne
ioſeph voluit eaꝫ occulte dimit
tere cōſiderans eaꝫ impregnatā
et dicens huius rei ſe eē neſciū
vt mathei ij c. Sed vt huius v̾
ginis habeas veritatē ſcito ꝙ de
us miſit filiū ſuū de ea naſcituꝝ
q̃a ſicut femina ꝑ quam mors
introiuit in orbem terrarū nata
fuit ex incorrupto viro adam
ita deus et homo naſci debebat
ex incorrupta femina per quā
vita excluſa morte ingrederetꝰ

in orbem terrarū. Et quomō po
terit dici femina icorrupta niſi
virgo. Et ne mireris ſi hec tibi
fuerūt incognita cū hijs minora
tibi fuerūt et ſūt incognita. O
belial ſciuiſti vnq̄ȝ vbi erat cor
pus meū anteq̄ȝ reſuſcitaſſ; me
dn̄s ihc intrantē cū eo in ſanctā
ciuitatē cū locus ſepulture mee
fuerat incognitus uſq; ad tēpus
predcm̄ ut deuť c vl. Dic michi
ſcis tu locū vbi poſita eſt archa
fedˀis. Ait belial. ſcio. Ait moyſ
Vbi. Dixit belial. Jh̄emias poſu
it eā in ſpelunca montis in quē
tu aſcendiſti ut videres dˀi here
ditatē et ibi eā muro inſtruxit.
Ait moyſes. ieremias michi iſtā
ſpelūcā. Ait belial. Neſcio eam
q̄a locus erat incognitus donec
ꝯgreg; dn̄s ꝯgregationē ppli ſui
et ꝓpicius fiat ut ij mach ij. Er
go ait moyſes ne mireris ſi tibi
fuerat incognitū qn̄ ihc creator
hūani generis ſine peccato hu
manū corpus de v̓gine iā dicta
ſūpſit qđ eſt maiꝰ ſup̄dc̄is que
tu ignoraſti ꝛ ignoras. et ſi hec
videnť tibi ꝯtra humanū curſū
nature noli mirari. q̄a m̄lta fecit
dˀs que ꝯtra naturā fuerūt. Pri
mo rubꝰ ardebat et non cōbure
bať ut exodi iiij. virga moyſi v̓
ſa ē in colubrū ut exodi vij. ex
petra pcuſſa aque manarūt. ut
exodi xvij. ſara ſenex et ſterilis
cōcepit et pepit ut gen̄ xxi. vir
ga aarō ſicca floruit ut numeri
xvij. aque iordanis ſteterūt et
verſe ſūt retrorſū ut ioſue iij. aſi
na ꝯtra naturā locuta eſt. ut nu
meri xxij. ſol v̓ſus eſt retrorſū
decē horis. ut yſaie xxxviij. fer
rum ſuper aquas natauit ut iiij
regū vi. Itē ex ſicco dente max
ille aſini aquē emanauerunt et
ex eis refocillatus eſt ſampſon.
ut iudicum vi. Si deus in ſupra
dictis voluit contra naturā ope
rari. quid miraris de virgine de
qua ipſe erat naſciturus. quod
ipſe dauid loquens in pſalmo c
liij ſic ait De fructu vētris tui
ponam ſup ſedem tuam Qui da
uid fuit de ſemīe ipſius abrahe
dˀ tribu iuda quam deus dilexit
et ex ea ſe naſciturum ipſe pro
miſit ut geneſis xlix Non aufe
retur ſceptrum de iuda et dux
dˀ femore eius donec veniat qui
mittendus eſt ꝛ ipſe erit expec
tatio gencium. ideſt ipſe erit ve
rus meſſyas qui ſaluabit gen
tes ihc criſtus dn̄s noſter

Ed quia ſancti patres
ſcientes ꝙ per nullum a
lium q̄ȝ per ipſū deum
poterant redimi atq; ſaluari in
ceperunt clamare dˀ inferno di
centes. Utinam dirumperes ce
los et ad nos uſq; deſcenderes.
et nunc dn̄e pater noſter es tu

nos vero lutum tu factor noſter
⁊ opa manuū tuarū oēs nos ne
iraſcaris domine ſatis ne vltra
memineris iniquitatis nrē ecce
domine reſpice pplūs tuus nos
Ciuitas ſancti tui facta ē deſrta
iheruſalem deſolata nūquid ſu
per hijs continebis te domine
tacebis ⁊ affliges nos vehemē
ter vt yſaie lxiiij ꝓpter q̄ incli
natus deus in miſericordiā ipē
trinus et vnus ſic fuit locutus
quem mittam ⁊ quis ibit ex no
bis Ait filius Ecce ego quaſi ve
lit dicere cum homo peccauerit
in ſapiencia tua que ego ſū ego
ſapiencia tua redimaꝫ Et deus
ait ei vade ⁊ dices pplō huic au
dite audiētes et nolite intelligē
et videte viſionem ⁊ nolite cog
noſcere Excecra cor populi hui⁹
et aures eius aggraua ⁊ oculos
eius claude ne forte videat ocu
lis ſuis et auribus ſuis audiat
et corde ſuo intelligat ⁊ conuer
tatur et ſanem eum · Ait filius
vſque quo domine ⁊ dixit deus
donec deſoletᷣ ciuitas abſqꝫ ha
bitatore et domus ſine homine
vt yſaie vi ergo o belial ſi deus
miſit filiū ſuum ad populum iu
daicum non miſit eum ut ſalua
retur dictus populus in aduen
tu dcī filij dei qm̄ dixit de⁹ dcō
filio ſuo Excecra cor populi hui⁹
et aures eius aggraua ne forte
audiat ⁊ ſanem eum ideo dcūs
populus iudaicus grauatus cor
de cecatus oculis ſurdus auribꝫ
nō potuit cum dicto filio dei pa
cem habere qm̄ eum nec audire
nec videre poterat Et hec racio
eſt quare non fuit pax inter po
pulum iudaicum ⁊ ipm̄ iheſum
quem predicti iudei occiderūt
in ad implecōne verbi dauitici
pſalmo xciij Captabant in ani
mam iuſti et ſagwinem innocē
tem condempnabant Sed tūc
fiet pax cum dicto populo iuda
ico a dicto filio dei qn̄ dom⁹ iſrl
fuit abſqꝫ habitatoē quia potiſ
ſime filius dei miſſus fuit in do
mū patris ſui quia eum gentes
exſpectabant vt ſupra dictum ē
et ipē erit exſpectacio gencium
Itē quia pmo dictus dei filius
debebat ſaluum facerē populum
gencium et ſcandaꝫio populū
iudeorum

It belial dic michi o
moyſ quare imputa
tur iudeis mors xpi
poſtq̄ fuerant obce
cati ab ipſo iheſu atqꝫ indurati
corde certe ipſe iheſus fuit ī cul
pa et non ipī iudei · Ait moyſes
obcecacō ⁊ īduracō cordiū iudeo
rum fuerant ſicut obſecacō et in
duracō cordiū gencium ⁊ ſic ipī
iudei et gentes equo iure ambu
labant ad credēdū iheſū ſed tū

ipſi iudei audierunt predicatio
onē ipſius ihū viderūt ſigna et
miracula magna que nūq̄ aliq̄s
fecit et noluerūt credere·et hoc
eſt peccatū q̄d eis imputatᷣ et
nō mors caſti q̄a ſi credidiſſēt
ei illa mors eis īputata fuiſſet·
ſicut negatio petro et eius cru
